



DOMINGO XVIII POST PENTECOSTES

Epístola Corin. 1: 4-8

FRATRES: Grátias ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu: quod in ómnibus dívites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni sciéntia: sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in ulla grátia, exspectántibus revelatiónem Dómini nostri Jesu Christi, qui et confirmábit vos usque in finem sine crímine, in die advéntus Dómini nostri Jesu Christi.

Hermanos: En mi Acción de Gracias a Dios os tengo siempre presentes, por la gracia que Dios os ha dado en Cristo Jesús. Pues por Él habéis sido enriquecidos en todo: en el hablar y en el saber; porque en vosotros se ha probado el testimonio de Cristo. De hecho, no carecéis de ningún don, vosotros que aguardáis la manifestación de nuestro Señor Jesucristo. Él os mantendrá firmes hasta el final, para que no tengan de qué acusaros, en el tribunal de Jesucristo Señor Nuestro.

GRADUAL Ps. 121. 1,7

LÆTÁTUS sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini ibimus.
Ÿ. Fiat pax in virtúte tua et abundántia in túrribus tuis.

Qué alegría cuando me dijeron: vamos a la casa del Señor.
Ÿ. Haya paz dentro de tus muros, seguridad en tus palacios.

ALELUYA Ps. 101: 16

ALLELÚIA, allelúia.
Ÿ. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine: et omnes reges terræ glóriam tuam. Allelúia.

Aleluya, aleluya.
Ÿ. Los pueblos temerán tu nombre, los reyes del mundo, tu gloria. Aleluya.

+ EVANGELIO +

Mat. 9. 1,8

IN illo tēmpore: Ascēdens Jesus in navículam, transfretávit, et venit in civitátem suam. Et ecce offerébant ei paralytícum jacéntem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytíco: Confíde, fili, remittúntur tibi peccáta tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemát. Et cum vidísset Jesus cogitatiónes eórum, dixit: Ut quid cogitátis mala in córdibus vestris? Quid est facílius, dícere: Dimittúntur tibi peccáta tua: an dícere: Surge, et ámbula? Ut autem sciátis, quia Fílius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta, tunc ait paralytíco: Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surréxit et ábiit in domum suam. Vidéntes autem turbæ timuérunt et gloricavérunt Deum, qui dedit potestátem talem homínibus.

En aquel tiempo subió Jesús a una barca, cruzó a la otra orilla y fue a su ciudad. y le presentaron un paralítico, acostado en una camilla. Jesús, al ver la fe que tenía, dijo al paralítico: ¡Ánimo, hijo!, tus pecados quedan perdonados. A esto algunos de los letrados se dijeron: Éste blasfema. Pero Jesús, leyendo sus pensamientos, les dijo: ¿Por qué pensáis mal en vuestro corazón? ¿Qué es más fácil: decir tus pecados quedan perdonados, o decir levántate y anda? Pues, para que veáis que el Hijo del Hombre tiene en la tierra potestad para perdonar pecados dijo dirigiéndose al paralítico: Levántate, coge tu camilla, y vete a tu casa. Y él, levantándose, se fue a su casa. El pueblo, al ver esto, quedó sobrecogido y glorificaba a Dios, que da tal potestad a los hombres.